Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



zvi

Item feudum conditionatum scilicet, pro quo tale seruitium, quod etiam foemina praestare possit, praestandum est. d. c. si cui milit: in cap: extra ordin: postalios Rom: d. cons: 367. n. 12. Rum: d. cons: 18. n. 17. lib. 1. & alij quos citat & segurius Pisto: d. lib. 2 part. 2. quaest: 34. n. 37.

Sic etiam feudum acceptum pro se & quibus uolue-rint, ad foeminas transit. Dec: cons. 390. n. 8. Graued: cons: 256. col. 3. Menoch: cons: 331. n. 27. Alij. Cum tamen uerbis expressis uocata non fuerint sic ita in specie Menoch: d: cons: 331. n. 26. & seq:

Sic quoq; ad feudum, pro quo nullum seruitium praestari debet, admittuntur, sicut nominatim uocata non sint, per supra allegatos Doctores, Paris: cons: 4. n. 19. lib. 1. Jul: Clarus d. s. feudum quaest. 13. Vers: Quaero ulterius Menoch: d. cons: 331. n. 26.

Sic in feudo, quod à foemina oriundum duxit, foe-minam etiam nullo speciali pacto interposito, deficientibus masculis, succedere communis est Dd: traditio per text: in c. 1. de nat. succes: feud: Curt: Jun: d. tract: feudal: part. 3. Regula. 1. Jul: Clarus d. s. feudum quaest. 73. n. 5. Vas: d. Epitom: feud: part. 8. n. 39. Sonsbec. d. tract: feud: part: 9.

n

204